



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Homines obsessos liber at multos; vt Romæ Matthæum; alibi alios. 206

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

affidentē suis illū terroribus frustra adorti, semper succubuere.

205 Eundem & Romæ dormientem institerunt strangulare, faucibusq; interceptis spiritū elidere: mox profligati, cum suauissimum IESU nomen eluctātibus ille syllabis expressisset. A qua contētiōne dies deinde multos vehemēter irraucuit. Cubabat olim in lectulo domi, cū repentē irruere Orci legio flagrisq; ac plagis circumstrepere, eumq; pessimis cæpit modis habere. Inaudit Ioannes Paulus, qui pro eius cubiculo in vicinia iacebat: is, qui mihi rē narrauit. Maturat proinde surgere, atq; laborāti suppetias ire. Verū illū aliam ope defensum, neq; telis aut furori stygio penetrabilē inuenit.

206 Anno CIO. IO. XLI. ipsemet audij Romæ Cacodæmonem ad nomen I G N A T I I impotentius furentem. Vexabat is crudeliter

K 2

Mat-

Matthæum quendam adoleſcentem; vetueratque, ne quis IGNA-  
TIVM ſibi appellaret; illum ſe  
principem in hoſtium numero  
ducere. At eum IGNATIVS iue-  
nem allocutus, ſecum in intimas  
ædes abduxit, incluſumque mox  
libertati confirmavit; quem vi-  
dimus nos denique in familiam  
Camaldulèſium reſcriptum. Hoc  
ipſum Drepani in mulieris obſi-  
dione Dæmon; hoc & Patauij ex  
militis hoſpitiſo reſpondit. Ad-  
duxerant olim fœminam in qui-  
lino huiuſmodi quadriennium  
habitata; obteſtati, velleſt iube-  
retque monſtrum excedere. Ne-  
gavit ſacris ſe inauguratam, vt  
cœleſti carmine hoſtem euocaret;  
nec ijs hominem virtutibus eſſe,  
vt tantum ſibi ſumeret. Preces  
tamen, quod vnum poſſet, fuſu-  
rum. Fudit; & fœminam exinde  
liberam dimiſit.